



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 38. Apparuit ei Angelus confortans eum. Mittitur à Patre Angelus confortans: etenim oratio semper habet effectum: vt in D. Paulo considerat D. Chrystost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

Totam noctem in oratione consumpsit. Iacobea occasione qua diximus, auxilium deprecans, quod fuit eius fratris sui manus euaderet: Vnde non desistit eadem semper verba reuocare idemque Domino proponere. *Erue me de manu fratris mei Esau quia valde eum timeo.* Notat Archiepiscopus Genebrardus, vir doctrinā conspicuus illa verba psalterij iuxta vulgatam lectionem. *Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum:* transferri à Symacho & quodam auctore Anonymo: *Respexit in orationem cicadae,* & non spreuit precem eius. Multa de his profert auctores, sed illud appositè tantum aduerto, nullum tibi videri canem magis fastidiosum quàm cicada: non enim ore vel rostro canit sed pectore quādo calore exarsit, idemq; semper est tamque grauis, vt pipitum, quo semel cepit semper prosequatur & toto die absque vilo gutturi numero decantat velur Philomela, merula, alauda, carduelis alijq; auculae. Harum vnam, toto die canentē auscultas, hæc vero ilico parit tibi fastidium. Sic se res habet nihil tibi tardiosum amplius quàm eandem sæpè petitionem, eandem sæpè repeti cantilenam, arcamen nihil Deo magis perplacet quàm animæ petitio, quæ amore eius incallescens, vel calore morbi fatigata grauiori, vel paupertatis vel persecutionis, suam de pectore educit orationem & eo loquitur magis quàm ore, semperque eandem replicat ipsa petitionem. O quā accepta cicada Sanctissima Anna & sanctissimus Iacob de quibus præfati sumus. Perpende Christum diu orantem sed semper repetentem *eundem sermonem.*

Ps. 101. 18

Cicadae
cantus
tardio-
sus.

§. 38. Apparuit ei Angelus confortans eum. *Mittitur à Patre Angelus confortans: etenim oratio semper habet effectum: vt in D. Paulo considerat D. Chryso.*

95 **N**on illi Pater postulata concessit, quia sic non expediebat, sed Angelum misit illi à quo confortaretur eo modo, quo postmodum declarabimus. Per hoc cælestis noster Praeceptor fructum nos docet orationis: nam si talis sit vt debet, semper fructum elicit eximium, & si non petitis nostris annuerit, illud nobis concedet quod saluti nostræ maxime conducit. Implet hæc Dominus quod in mystico illo psalmo dixit in quo per os David prædixit quæcunque in passione sua essent futura: psalmum orditur eadem quæ passionem oratione. *Deus in Euangelio dicit Dominus: nolite ait, iudicare*

Ps. 101. 18. *Deus meus respice in me. Deus meus clamabo per*

diem & non exaudiet & nocte, & non ad insipientiam mihi. D. Iulianus martyr credit quod de-clarare voluerit orationem quam Dominus proponebat ex ignorantia non procedere, quia quædam peteret, si possibile foret, mori nō uouerat tamen illi effectum non sortitum: id quod petebat: quia petere realiter bibiturus erat calicem, hoc enim est (inquit) *non ad insipientiam mihi.* Rogauit sed non tamen quia ignorabat quod futurum erat & facendum, Cur ergo petit id quod præcebat sibi minime concedendum vt nos in perseverantia orationis instrueret: nam sciendo quod si ille perseveraret in ea, non tamen exaudienda, petitione, quam proponebat secundum portionem inferiorum, quanto maiore iure tibi est insistentium, qui non solum non scis tibi non concedendum quod petis, imò potius cum fiducia accedendum & petitionem tuam si ita conueniat à Deo exaudiri: Tertullianus alium sensum producit secundum lectionem quam ipse sequitur. *Deus meus clamabo, &c. & non exaudiet, &c. Oratio uanum mihi, Deus meus magna perseverantia, insistenti orationi, nec exaudiet me, quia quid peto non mihi largieris: potest non in uanum mitti.* Quomodo non, si te nō exaudiat: quando quædam à Rege exposcit beneficium, & deuotius frustra calamitatis & impetis accipit pro reposito: non vacat, ait, *Oleum & operam petidit, tempus, pecuniam, & laborum in uanum expendit.* Optimè tamen Redemptor noster non enim oratio eius suo fructu caruit: quamuis enim postulata eum impetraret, misit illi tamen Pater Angelum qui confortaret eum.

D. Bernardus quibusdam satis ceteris querentibus quod nunquam ab oratione os suum contineret & nunquam tamen petita consequeretur, nec fructum experirentur orationis, & postquam prolixam Deo precem obulissent, in uanum tamen laborassent, ait: *Verba quædam humana in cogitatione audire mihi uideo in uerbo. Vnde. Quis est quod licet mihi uideat eximium, uix unquam experiri uideatur aliquis nostrum quod si sua orationis fructus: sicut enim ad orationem accedimus sic redire uideatur: Nemo nobis respondet uerbum, nemo quidquam donat, sed laborare uideatur in cassum.* Difficultas hæc propolita fuit, etiā D. Basilio quam ex proposito tractat & quodammodo nobis illam obicitis. O filij charissimi, respiciat D. Bern. hoc scitote nō posse inesse uerum mendacium: ad hoc uobis consulo, ne uideatis secundam uisionem oculorū corporis sed rectam uisionem iudicare, id est secundum fidem. *Quis in Euangelio dicit Dominus: nolite ait, iudicare*

seruandam faciem sed iustum iudicium indicat. Quod est autem iudicium iustum, nisi iudicium fidei quoniam iustum ex fide uisus. Hoc fidei iudicium loquimini & non oculorum corporis, neque enim quod in corpore experimini: nam hic ad uisum cadit Hypocritarum axioma experimen- tum falsum: Fidei inhaerete iudicio quia prima uisus ueritate, percipite illud quod tibi prima ueritas asseritur. Petite & accipietis.

Quocirca uenite petieris, et conuenit, recipies uiam de duobus, uel id quod postulas, uel id quod tibi magis expedit, uel te Deus a calamitate qua petieris eripiet, uel tibi de celo mittet auxilium, ut angelum qui cor tuum in aduersitate conturbat. Nemo uos fratres, parumpendat uiam suam, dico enim uobis quia ipse ad quem uiam non parumpendit, tam: primum egressa sit ab eis uisus ipse seruis subter eam in libro suo, (cuius mirum sollicitudinem: nam quali petitionis uice postulat obliuiscit eam scribi uult in pugillaribus) Et uiam de duobus indubitanter sperare possumus, quod aut haberi quod petimus, aut quod nobis non ulla est uisus. Nos enim quid oremus uisimus, sed miseratur esse super ignorantiam nostram, & uiam suam tangit suscipiens, quod nobis aut omnia non est uisus, non tam cito dari necesse est, uiam tribuit, gratia tamen instructio uiam nit. Non multum est nec miremur quod sanctus hic affirmat: etenim procul dubio nobis uiam aut aliter concederet, quandoquidem fundetur in uerbo Saluatoris, quod nobis oppignoraue dit: cito: tenet & accipietis, &c. Omnis qui petit accipiet, &c.

Mactem hanc familiari sibi eloquentia proloquitur D. Chrysostomus. Supponit id quod certum est: crebro nobis Deum postulata non concederet, uel non tam cito pro et optamus, ob multas rationes quas ille expendit, & SS. Patres aduertunt, nos quoque alijs diebus declarauimus. Aliquomodo quia illi repugnamus, & non solum Deo non agimus quod a nobis per sanctam suam leuatur, sed etiam agimus, imo facimus oppositum: anima uoluntate sceleris uisus, & ostentis, manus uoluntate, sanguis in peccatorum torrente polluitur; quam rationem ex uisus illa D. Basilii expedit, alias hoc agere et mente D. Chrysostomi, quod te cogat ad illum recurrere, qui longe & quidem ualde ab eo eius, que lege diuersis uisus, Patrem iuratur, cum eum filium suum carnis quem diligit ut pupillum orati, in ab eius amore diuertit, nec ad illum uelle accedere, eum famulis misere collo- quat, frequenter esse eum mancipijs, si quando hoc petimus aliquid accesserit, se continet, per

hoc studens illum auertere ab amore peregrino, atque illi: uade ad illos cum quibus continuo conuersaris ipsi tibi satisfaciant. Naque enim re- nuens preces nostras differt, sed hoc arto sedules eos efficiens, ad semetipsum attrahere uoluntatem & pa- ter quamuis benignus eum a puero rogatur, abnuis, Gen post quos non uolens dare non ut neget sed ut ardu- sus petat & sibi magis concilietur.

Optabat Deus ut populus suus per amorem & conuersationem ad eum accederet; ille uero cum Idolis suis agebat familiariter, hoc & illud adorando, quocirca dum aliquid accederet petiturus, ab- nuebat, illumque ad Idola remittebat. Vbi sunt Dii Deorum in quibus habebant fiduciam, &c. iurgant & opulentur uobis, & in necessitate uos protegant. Alias motam trahit, ut tu cum illo per orationem occupetis: uisus creum in te passeris condi- tionem, qui collecto grano oerus auolat. Ita lo- quitur apud Oseam Episcopum quasi auis auolans, Iterum ut crescat feruentius beneficii quod pos- tulas desiderium, tantoque plura iam tibi con- cessum uisus. Tandem ait sanctus hic, alia tibi postulata dare renuit, quia tibi nequaquam ea expedit accipere: porro tibi hoc negando non erit a fructu uacua oratio. Si namque hoc tibi non concedit, suo tibi succurret auxilio, quod cor tibi confortet uisus suggerat quibus patienter fer- tas calamitatem: ita ut haec maior sit misericor- dia ampliorque gratia, quam si tibi eam au- ferret.

Ad rem perpende pro huius confirmatione fa- ctum illud Pauli toties repetitum, quod ipse de se refert illique diutius inhaeret. Grauius affligeba- tur Apostolos dolore quodam, quem ipse uocat, simulum carnis meae. Nonnulli credunt fuisse dolorem capitis molestum, alij grauem coli- cam, alij sui stemmatis quendam uisus, qui caleantem ipsi uidebat, alij motum quemdam suae carnis inordinatum. Sit quodcumque uisus fuerit. Remedium huic malo requirens ad eum recurreit qui hoc illi poterat impertiri, nempe Deo supplicans ut illum ab hac li- beraret molestia, tanque instanter hoc postu- lauit ut frequentes ad hoc multasque preces funderet: propter quod ter Dominum rogauit. Ne credideris, inquit D. Chrysostomus quamuis dicat ter, quod solum tertio orauerit, sed plu- res, quia Phraisi hebraica tertio dicitur fieri quod frequenter fit. Tertio uocat saepe, cum autem illi Deus prima uice non responderet, ultima responderet: non illi conuenire quod ro- gat, sed sufficit tibi gratia mea, nam uisus in infirmitate persistit. Primò: notandum D d 3 Apolito

D. CHR- YSOST.

Ho. 30. in

Gen post

med. To. 6.

Deuter.

32. 37.

Ose 2. 13

1. 1. 1.

Cur D.

Paulus

non ex-

audiat.

2. Cor. 12.

7.

Ne

credideris,

inquit D. Chrysostomus quamuis dicat ter, quod solum tertio orauerit, sed plu- res, quia Phraisi hebraica tertio dicitur fieri quod frequenter fit. Tertio uocat saepe, cum autem illi Deus prima uice non responderet, ultima responderet: non illi conuenire quod ro- gat, sed sufficit tibi gratia mea, nam uisus in infirmitate persistit. Primò: notandum D d 3 Apolito

Apostolum grauitate hac infirmitate & colica laborare, quocirca ad Deum pro remedio confugit: non enim à malo est tuas te sentire infirmitates, ad Deum recurre, deprecari & optare, ab illis quamprimum eripi. O pater hoc mihi molestum est hanc mihi molestam esse calamitatem, tuncquæ me hac affligi infirmitate, nec non me commoueri ob iniuriam ab alio receptam. Ego credis Deum velle te insensibilem? credidit Sanctos suos non sensisse poenas, infirmitates, persecutiones atque calumnias? nequaquam hoc malum dixerim eas sentire, & bonum esse à Deo te flagitare remedium. Notandum secundò: aberrasse Apostolum à Domino rogando hanc sibi auferri aduersitatem, quia eius saluti hoc minime congruebat: & hinc collige quam imprudens tua possit esse petitiò eius, quod tibi non congruit, imò quod tibi potest esse nocuum.

Rom. 3. 26 *eius oportet nescimus, & modo patet in ipso. Mirabile peti ab Apostolis Iacobo & Ioanne manum dexteram & sinistram, quibus dicitur: nescitis quid petatis: Obsecrat D. Petrus in monte*

Matt. 20. *Thabor: Domine bonum est nos hic esse, & ait Euangelista: nescitis quid diceret: modò Paulus obsecrat, & Deus illi respondet: à scopo*

Luc. 9. 33. *Paulo aberrat, & tibi quod postulas, non conuenit. Quam tibi tuæ suspectæ debent esse petitiones? Paulus talis & tantus qui inaffabili*

D. Ch. n. *consecutus fuit, ignorabat & qua non expediebant præbatur: Nam quia videbat se tot molestis circumdari crebris tentationibus, orabat ut ab eis liberaretur, idque non semel, sed iterum & saepius.*

Plures supperebant Apostolo rationes valde verisimiles hoc illi quod rogabat, expedire: Censebat enim hoc animæ suæ non modicum obesse profectui, eiusdem tranquillitatem per hoc pacemque turbari, verbi Dei præpedire ministerium quod tantopere ad mundi readebatur utilitatem, proximi beneficium, Dei que gloriam: Nihilominus docet illum saniorque Deus dicendo: hoc tibi nequaquam expedit, quid tibi de eo quod à Deo postulas sentiendum, ob multas rationes, quæ tibi videntur conuenientissimæ, ut tuam suppleat tuamque curet infirmitatem, hanc tibi concedat dignitatem, ad ealem te statum locumque promoueat: Notandum tertio: quod quamuis petitis Apostoli Deus non annuat, nouo tamen hoc suo supplet gratiæ subsidio, quo possit hunc parienter laborum saltimere ad amplius meritum incre-

mentum, tolerantia, fortitudinis & obsequii diuini: tunc enim in eis magis profectus quæto plures sunt morborum, aduersitatum, peccatorumque occasiones: & si diuine aduersitatis misericordia: quosdam ex suis et ipse miseris incolites, longè tamen maior fuit alios in eis reliquisse languidos, fauorem suum illis diuinum tribuendo quo peccatores illas animo continentium sibi acquirant meritum, & si diuine aduersitatis maiorem fuisse gratiam quam Deus sanctis concessit noui testamenti martyribus, non eos de Epictormentis vindicans tyrannorum, qui vitam illis ad hanc crudeli necesse auferrebat, quam illa fuerit quam veteris testamenti patribus indulsit, de amolestis illos liberans, quibus vitæ periculo laborabant Abraham de igne Chaldaeorum seruatus, Isaac à persecutione turatus est Palestinorum, Iacob de manu fratris sui Esau protexit, Iob de lepra sua, grauisima & honorum defendit naufragio, Moyses de potestate Pharaonis, Dauidem ab inuidia Sais, Daniele de virgibus leonum, eiusque socios de fortate Babylonis, Tobiam de cecitate, Susannam de falsis testimonis seruauit indemnem.

Et hoc, inquit, in capite nostro Christo pendet; nam in hoc psalmo quem orat Danielis protulit de Passione sua, repræsentant id quod rogandum agitur in oratione sua tam continens & perseveranti, non illum Pater exaudivit. Deus meus clamabo per diem & non exaudies, &c. *Ps. 137.* *Addis autem in te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt & liberaasti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi. Illorum preces excepisti & de precibus suis eos saluasti. Mihi verò quod postulo negas, nec benignus exaudis: quid ergo in antiquis illis Patribus fuit Deus quam Christoclementior? An pro illis quid amplius quam pro hoc effecit? Quæro, cum D. Augustino, viemagis à Deo dilectus, Christus an Patres illi seniores. Conclamant omnes Christum à Patre plus ceteris dilectum: quandoquidem non tantum in quantum Deus æqualis Patri fuerit ab eo iustitè dilectus, sed etiam in quantum homo tanto illum amore profectus est, ut hoc illi nomen imposuerit; & omnes quosque fuerunt & sunt, per eum dignumque & hocce nomen adipiscuntur. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hinc ergo magis dilecto postulata non concedit in quantum illum de poenis vel doloribus eripat, & illis hoc concessit. Ergo non concedere al-*

aliqui hoc quod petit, feruentioris amoris non est argumentum, imò potius aliquoties hoc est postulata non concedere, ex alia parte nouo iudicio domique subueniendo potioribus.

Hec est teste D. Chrysostomo, quod D. Paulo contra: et enim illi respondit: modo non vacat nec habet locum tua petitio, sed sufficit tibi gratia mea, &c. Modo videmus qualiter hoc illi placuerit responsum: an animum abiicit? an seipsum per nimio dolore consumpsit? Videamus quomodo affectus fuerit. Num grauacim tulit: num queritur fuit? num loquus sebat? Nequaquam an illi fustian latit fuit nullas deprimere querimonia: se diuine conformare voluntati? num cum Ioh dicit modo bene, sicut Domino placuit, sit omen Domini benedictum? haudquaquam, sed auditu Domini responso, et sol matutino sereno apparuit, nouoque resumpto animo staret in illo delectari, & quod ipsi prius non leuiter inferebat molestiam, eratque porna cruciatus, & materia afflictionis, modo gaudiu

adfert inexcipabile. ipsum audi dicentem Libentius, ut regis gloriabor in infirmitatibus meis, ut in dicitur in me virtus Christi. Si ad tantum bonum infirmitatis passio referatur, ut quatenus illa mihi si vultur me Dominus virtute sua & gratia corroboret; felix sit facultasque patiendi desiderium & beata infirmitates. Illa amodo mihi de gratia erant et quid summè pretiosum. Non solum inquit passio liberari non requiro, sed & magna voluptate gloriabor in illa.

Hinc præfatos colligit Doctor, ut sine modo nobis Deus indulget clemens postulatibus, sine iustis renatur: demus illi gratias simulque contrecti, illud Apostoli perficientes in omnibus gratias agemus. Lex est bonorum litigantium, licetque iudicibus ac superioribus gratias rependat, quando si agunt quod ab ipsis postulatur, & ob id quod agunt, similiter quando postulatis non auouent: imò reiciunt quatenus per hoc illi non disponant & emoluant, ut si nunc te duntaxat, altero die gaudio tumulent. Mos inoleuit (ut aiunt) Venetis, ut dum sententia pronuntietur utraque pars soluat gratias iudicibus: illa quæ postulata obtinuit, quia quod intendebat illi concesserunt: altera quæ repulsam tulit, cotulitque sibi hoc ex iustitia non competere, quandoquidem hoc illi non adiudicarent, & per hoc illos sibi dimittit, ut postmodum aliqua occasione benigniorem ab ipsis referat sententiam. Quando magis ita eum Deo procedendum: si namque tibi tenuit quod postulas, ratio confestim adferat, hoc in tuum non cedere emolu-

mentum. Nihilominus alios tibi subrogat fauores, imò aliquando multò digniores tibi que pretiosiores. Sine consequamur quod petimus, sine D. Chrysost. non consequamur, presertim semper in oratio, 15057. sed est repulsam passi fuerimus. Nam cum Deus aliquid nobis negat non minus est quam si concessisset: nescimus enim nos, quæ nobis conducunt, si eum ipse nauit. Hoc agi discipulus & hoc ipsi fecerat magister eius hac pressus occasione: nã vnde quæquidam angustis tercio supplex ad Patrẽ recurrit, & si quidem illi postulata non concesserit, misit tamen Angelum confortatorem & tandem ab oratione surrexit tali animo, roboratus ut gaudio totus delibutus omnia contenderit patiturmenta à Patre sibi æterno destinata, de quibus statim agendum, semper hoc supponendo, timorem hunc & agoniam Saluatoris esse in ipso voluntariam, etenim hanc, quia volebat, nobis ad salutem patiebatur.

§ 19. Confortans eum. Osium Dominus in se conclusit solatio partu inferioris & vnde misit illi Pater Angelum confortatorem. Mysterium later hic profundissima Theologia.

Multa eaque gratia SS. PP. hic considerant circa huius Angeli apparitionem & confortationem. Notat primo D. Epiphanius a. D. Hieronymus & D. Hilarius, nonnullos Christianos opinatos fuisse Historiam hanc non parum diuinitatis Christi detegere veritati, Aniam similiter præbere credendi cum Patre, atque æqualitatem essentia & potestatisque deitatis, quam cum eo habebat, de annexam, & textui insertam Euangelij Lucæ suspicabantur, idque ab aliquibus hæreticis Arianis: ut per illam errorem suum confiterentur plebique persuaderent: quocirca nonnulli Catholici huic fidem adhibentes illam eraserunt eo modo, ut præfati dicant PP. se multos textus inuenisse in quibus hæc historia desiderabatur. Porro hoc S. non admittit Ecclesia quæ pluribus & solidioribus inducta rationibus hanc historiam ve sacram approbat & Canonicam.

Hoc præmissis proponitur nodi difficultas, Quomodo veritate dici possit. Christu ab Angelo conforatum. An hoc credibile putamus ab vnica Angelo stellâ, imò ab omnibus simul posse Solem illum minari. Quandoquidem lux omnis quæ fulgent confortare

